Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tertia uigilia uenerit & ita inuenerit. bea
ti sunt serui illi. Hoc autem scitote. quod
si sciret pater familias qua hora fur ue
nirit. uigilaret utique & non sineret perfodi
domum suam. Et uos estote parati. quia
qua hora non putatis filius hominis uenire.
Ait autem ei petrus. Dne. ad nos dicis para
bolam. an et ad omnes. Dixit autem dns.
Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem
constituit dominus sup familiam suam
ut det illis in tempore tritici mensuram.
Beatus ille seruus. que cum uenerit domin
inuenit, ita faciente, uigilantem. Vere dico uobis.
quia supra omnia que possidet constituet eum.
Quod si dixerit seruus ille in corde suo mo
ram facit dominus meus uenire. & coepit
percutere pueros & ancillas. edere & bibe